Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



242

ventum. Ubi consilium capiunt navis conscendendo, et Pisas
dirigendo sociam et fidam urbem. Convenerant cum navi-
culatore: etiam in navicerant, sed panis et commeatus de-
erat, quem mittunt eundem illum proximatum. Pecunia
etiam deerat: ergo annulum alter a digito detrahit, sive
pignus nauticlario: sive pretio abeo permutandum. Is an-
nulus gemmam ratam et æstimatam habebat: itaque ar-
tifex miratus a sordido homine deferri, et suspectans, Unde
habeat, quærit ille candide. At duobus innenitur, ingenui vul-
tus et sanguinis, sed habitu et veste squalidis, neque ultra
septem. Deferitur res ad Dynastam urbis (qui tunc illi propius
erat) Joannem e gente Frangipanum: atque is excruciantu
prelii, et fama tale suspicans navem instrui iubet, adolescen-
tes retrahi, et ad se duci. Dictum, factum, fistruntur, agnoscun-
tur, et putabant extra periculum se, quia extra hostile solum
erant, esse. Illiles audit pravitate, sive avaritia Dynaste:
nam is Carolo indicat: qui statim cum copiis terra marque
adnolat, et captivos suos Neapolim abducit. Quid expectas?
aliquid regium? pudor est Andegavensis stirpis, aut
naula, quod dicam. Diu deliberato concluditur, tollendos
adolescentes, et publice capite minuendos. Quid? ut sicarios
aut prædones? qui ius suum repetierant? qui bellum
intulerant, et iure ac more gentium administraverant? Om-
nia in hoc facto sevitiam et barbariem habent. Eadem
Brunner Annali Boii. l. 14; aliique.

23) Jordanus apud Raynaldum Annal. eccl. ad an. 1268:
Conradinum, inquit, et ducem Austriæ, Gerardum quo-
que Comitem de Pisis de consilio sapientum, nonnullis la-
men contradicentibus, in platea Neapoli capite truncari vo-
lait. Tristanus Calchus Hist. pat. l. 16, apud Struvium Corp.
Hist. Germ. in Conrado IV: Cum varia ambiguoque sen-
tentia dicerentur, Guido Suzaria vir præcipue doctrinæ,
ac existimationis, in mitiorem partem inclinatus, docuit;
eum rei læsæ Majestatis argui merito posse, qui avitum
regnum quoque modo repetisset, et ab aliis occupatum vin-
dicare conatus esset: quod inclinante fortuna sua digredi
proelio maluit, et similes hominum cædem devitaret, temple-
rum quoque direptiones, ei imputari non debere, sed intem-
perantia, et licentia militari, et improbitati eorum, qui
sæpe sine stipendiis castra sponte sequuntur. Sed apud eun-
dem et locum et judicem, et in vindictam ardentem non
valuere elegantia, et e media juris disciplina petita verba.
Sic decerant, qui ei assentientes animadverti in eos debere
censerent. Sic peluti publico indicio damnatos capitali pœ-
na addixit. Aventinus Annal. Boii. l. 7, c. 8: Ottocarus
(Bohemiæ Rex) a Carolo Andegavensi consultus metuens,
ne si Austriaca proles, Cæsareaque soboles superstes foret, in-
terecta a se olim repetescentur, tollendos (Conradinum et Fri-
derium) omnem stirpem radicitus exfindendam censuit.